

Viribus filii poterit: quapropter quisquis in clauistro fervidum, quem concepit, ignem non habet; non habet ignem, sed aqua frigiditate: quippequam nisi ascendat fursum alis aucta charitatis, descendet deorsum onere relaxationis.

14. Ultra progrediamur in extricatione dati ignis de caelo, ut cogitet Monachus momentum perfectionis in clauistro. Aqua ex puteo in sacrificia allata est, ac illa cum victimis & ligna aspersa. *Uiquis hoc factum est, & tempus affuit, quo Sal refulsit, qui prius erat in nubilo; accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.* In Tropologia huiusmodi historice claret, quam sit difficile, iterum ignem in corde Monachi accendere: igitur nisi descendisset de caelo, aqua frigida ignis maneret in puteo. Difficilis sane conversio in statum pristinum, cum in conversione describitur miracula. Omnes mirati sunt, igne accenso ex aqua, cum scirent, quod in aquam esset flamma conversa. Merito mirantur: siquidem in nullo Deus noscitur mirabilior, quam in eo, quod exciret ignis flammam, quae conversa iam fuerat in aquam frigidam. Saepenumero ut venit, ignem converti in tepidam aquam, quippe facilis descensus, & evanet fervor spiritus: sed revocare gradum, & aquam converti in ignem; sanequam novum: unde dicitur miraculum, quia licet ex fervida charitate saepe tepius videatur tepescitio fervoris; fervor charitatis ex gelu, & nive peccatoris, rara in terris patet avis.

De caelo qui cecidit ignis absumpsit victimam altaris, vim etiam flammæ lapidibus indentis. Huiusmodi flamma (ut hic Sancto placet) ubi altari lapidibus provenit; victimas autem, quæ in altari, ignis de caelo percussit. Lapidis Secularis indicant, victimæ altaris Religiosos demonstrant: & ut patet, quam singulare, difficileque sit, rursus ignem accendi; flamma ex altari sufficit faxis cordibus secularium, & de caelo mittitur ignis ut accendant iterum pectora tepescita Monachorum. Præ fulgore in conspectu Dei nubes peccatorum transeunt; quia in clauistro crimina, acriter compuncti deplorant: & in fulgore etiam transeunt *Grando, & carbones ignis.* Ecce Deus mirabilis: inflammavit grandinem, cum Religiosos eduxit de vira seculari: & carbones ignis, cum iterum accendit in Religione. Verum oh! Qui carbones debebant esse ignis tepescitis, vel in igne peccatoribus, sunt grana grandinis. Quare? *Deam.*

Mundatus est Naaman Syrus à

molesta lepra perfacili medicina. Septies lotus in Iordane, restituta est caro eius sicut caro pueri. Agnovit miraculum, veneratus est ministrum, cognovit non alium esse Deum; & ait ad Eliseum: *Obsecro, concede mihi servo tuo, ut tollam onus dorsum burdonum de terra.* Ad quid enim? Fax dicit: *Quando ingreditur Dominus meus scriptum Remmon, ut adoret, & illo innotente super manum meam; si adoraveris in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscas mihi Dominus servo tuo pro hac re.* E terra Israël sanctificata tot miraculis, Patriarcharum domicilijs, ac templo & ministris celebri, supplex petijt onus tollere, ut adoraret (adorante Rege idolum Remmon) Deum Israël. Sic alij: *Ut adoret curvo corpore cum Regi idolum Remmon, & curvo corde Dominum Israel: & ignoscas mihi Dominus servo tuo, si offenderit adoratio.* Iam enim rimatur offensam Dei summi, cum sibi poscat ignosci. Fatuitas est, quasi esset Religio vera, adoratio postica. Cognoscit modo verum Deum, & adorare intendit simulachrum? Sane fatuitas. Quæ societas luci ad tenebras? Qui autem confertus templi Dei cum idolis? Nullum consortium fidelis, & infidelis. Antequam cognoscerat sacrificia esse sacrilegia, aliquam habebat exultationem de peccato suo: at postquam veti Deo assuit cognitio, unire sacrificia, & sacrilegia; est planè insania. Amensis sanquam patet fiducia; sperare horum remissionem, vel indulgentiam criminum, quia erat in terra Sanctorum.

16. Eiusmodi fatuitate plerique laborant in Religione. Vocantur in illam propter medicinam animæ. Agnoscunt icteria, vigilas, erumnas, lachrymas, & alia exercicia esse Iordanem, quo saepe abluti, liberantur à lepra. Mirantur prodigium, & etiam sæculi venerantur idolum. Ad quid Monache venisti? *Ut ignoscas mihi Dominus.* Ut ignoscas Deus Israël, si adoraveris in templo Remmon? Vanitates iure pessundatas adorare, carnis desideria sequi, idola in custodia pectoris servare, & reservare, esse in choro cum Sæculi simulachro, illi servare fidem, haud promissam negotiationem, alta sapere, utilia nescire, & sic sperare gloriam, quia habitas tellurem sanctam; fatuitas est mentis impotis: & etiam causa doloris, quod qui insipienter beatitudinem expectat, vel in terra Sanctorum iniqua agat.

*Nec ceditis curis.* Virtuti à macula quiet, nullumque coronat in studio securus honor; sua gloria fortis.

4. Regi 5. 17. Veri, 184

Fatuitas est sperare remissionem criminum, quia habitatur in terra Sanctorum.

Insipientia veneratur simulachrum & carolum.

Virtuti à macula quiet, nullumque coronat in studio securus honor; sua gloria fortis.

Ibid. v. 22.

Miraculum est ex frigiditate dissectionis transire in fervorem charitatis.

Converti in pristina charitatis, quam distulerat.

Sanctus.

Pius opus est ut curia tepida res flagret, quæ ut frigida coflagret.

Psalm. 17. 82.

*Cassa laboris erit: raraeque ad gaudia miles, Cui pax sola fuit: victoria semen ab hoste accipit.* Canit Arator lib. 1. in *Acta Apost. & Sil. Ital.* lib. 9. de *Bell. Pan.* Nam virtus facile nomen. *Sil. Ital.* Ni deus adfuerit patiendo, ubi tempora leti Proxima sint, pulchramque petat per vulnera laudem. Hic itur ad alstra: aliter non gloria, sed ignominia. Si vis laudem; non est pessimis eius meliorem.

DIDASCALIA XV. Mors Christianis ludus est.

1. Cecinit Prudentius in *Peristephan. Hymn.* in laudem Divi Vincentij *vers. 1303.* Succinit Orho Vanus Emblem. 44. *Amor.* Ludendo capimur. Atque iocos inter vincula miscet Amor. Si mors tormentum, & summum, ludus tormentum? Uti que, *Mors* (ait Augustin. lib. 13. de *Civit. Dei* cap. 4.) *quam vita constet esse contrarium, instrumentum est, per quod transitus ad vitam.* Cupit dissolvi è vinculis, obicibus gaudij; quisquis in patriam de reditu satagit, punctus amore: & dum mors accedit, oblectatur, quia vel amara blanditur. Amor inter vincula miscet iocos, & mors etiam instruit ludos, proposito gaudio; quia prodest sola nocendo. Quid est mors? Christianis pœna, vel ludus? Ludus & celebris: igitur qui custodit amando, profecto perdit: & qui perdit in ludo, sane custodit. Nonne gaudium, dum miles obtinet triumphum? Mors nihil aliud est, quam exitus animæ de carcere, finis exilij, laboris consummatio, ad portum applicatio, peregrinationis finitio, de equo furioso descensio, de domo ruinosa liberatio, omnium agritudinum meta, cunctorum periculorum fuga, malorum evasio, vinculorum disruptio, solutio debiti, terminatio tributi, reditus in patriam, & ingressus in gloriam. Unde Seneca *Epist. 24.* ait: *Adco mors timenda non est, ut beneficio eius nihil antefereendum, timendumve sit.* Et Plato apud eundem de *Consolat.* ad Martian. cap. 23. clamat: *Sapientis animum totum in morte prominare, hoc velle, hoc meditari, hac semper cupiditate ferri in exteriora tendentem.* Si huiusmodi, tanti est, quippin erit ludus, tendere in immortalitatem? Iam non mors in ludo terra, cum sit pascha.

2. Angonalla apud Antiquos ludi erant, quos festivo populus spectabat. Unde Ovid. 1. *Fastor.* Nomina de ludis Græca tulisse diem, Vide Guiljelm. Stuckium de *Sacrificijs*, & Rotin. de *Antiquit. Roman.* lib. 4. cap. 5. Ludus erat, & certamen. In Martyribus Christi fastum omen: igitur ita parvipendebant vitæ dispendium, ut in certamine experirentur incondisiali ludum.

3. Specta certamen, & videbis festivum agonem. *Proposito sibi gaudio* (ait Paulus) *sustinuit crucem.* Si currere debemus per patientiam ad propositum certamen, aspicientes in fidei Auctorem; quale ex cruce gaudium, dum patientia præsupponit acre tormentum? Crux mortem, & crudelem designat; gaudium autem voluptatem ostentat: & dum Christi exponitur acrius tormentum, non ut tormentum exprimitur, sed ut gaudium; quippequam virtute, & animo ludit cum angore mortis, sustinens ultrò vel cruciamina stiptis.

Veteres Volupiam, voluptatum Deam, coluere, & Angeroniz simulachrum in eodem altari. Vide Vincentium Chartarium de *Imaginibus Deor.* fol. 249. Unde Seneca in *Thyest.* v. 595.

*Dolor ac voluptas invicem cedunt.* Conciliavit Iupiter dolores, & voluptates desidentes, ut lo sequerentur mutuo, vel manente dissidio. Simulachra superstitione Prisci coluerunt, & veritatem nullatenus investigaverunt. Angeronia ab angore accepit nomen, Volupia autem à voluptate: & collocant angoris, & voluptatis statuas, ut pateat cunctis pectoris animositas: quod quidem ita angores placide perfert, quasi in tormentis voluptuosè luderet. Plerumque in sano vitabantur Volupia & Angeroniz simulachra, Hhh 2 ut

Tom. I. Taut.

Ovid. Agon ludus. Prov. 8. 31. Pessima amantis ludus est.

Heb. 12. 2.

Torturatum gaudium.

Chart

Voluptas & Angeronia in eadem ora

Hhh 2 ut

Arator.

Sil. Ital.

Prud.

Orth. Van.

August.

Mors prodest no. en do.

Quale bonum mortis?

Mors beneficium.

Senec.

Plar.

Can

Evangelium  
eius quod  
liber

nt tantum agnosceretur fons angoris, fomes  
fugitiva voluptatis. Quapropter ab eadem  
ara duplex monstrabatur via: Angeronia,  
initio arcta, acclivis, verum in progressu  
deliciosa, ac desinens in amoenissima prata,  
ubi florebat felicitas, & dominabatur vera  
voluptas. Voluptas autem, primo aspectu la-  
ta, floribus confusa, ornata arboribus, mi-  
rum in modum oculos oblectantibus; sed in  
fine amara, salebrosa, obsita sentibus, &  
animi angoribus. Hæc erat didascalica ima-  
ginum, ut fieret palam desipientia, vel  
prudencia hominum. Altiora (ni fallor) in-  
tendit hieroglyphicum societatis Voluptatis  
& Angoris, ut spectetur propositum in-  
concussa fortitudinis: cui avida perpeti, in-  
curtus terribilium angorum blanditur sanè  
propositio voluptatum.

Curienti  
agonisima  
blanditur  
pena.

Deinde, Voluptas stabat hilari vultu per  
Angeronia submissi aspectu. Commutata  
fuit ora à fortitudine, inter ardua discrimi-  
nium, & cruciaminum, præter morem  
exultante. Victrix virtus voluptatè mee-  
ret, & angoribus gaudet: igitur ubi imbeci-  
lles experiuntur pœnarum amaritudinem,  
Virtutis robur letabunda invenit exultationem.  
Vide, quæ diximus *Tautolog. 4. Didasc.*  
*16. num. 2.*

Crocus in  
manu An-  
geronia.  
Vinc.  
Chart.  
Lil. Gy-  
rald.  
Matth.  
Virtus ri-  
det penas  
angoris.

4. Astipulator huiusmodi veritati, flos le-  
cissimi, & præstantissimi croci, qui quidem  
ut oblie quom fortitudinis, prælabat in ma-  
nu Angoris. Vide Vincentium Chartar, ubi  
supr. & Gyrard. *Hist. Deorum*, Syntagm. 1.  
& 17. Ad quid igitur crocus? Ut emineret  
in tormentis virtus. *Crocus enim* (inquit ex  
Diofcoride Matthioli) *exhilarat adeo, ut*  
*eo affatim sumpto, homines subinde in risum*  
*effusi moriantur.* Mors angor summus est,  
quo cuncti merent: crocus aromatica spe-  
cies exhilarans, qua gustata, corda gauden-  
tibus, & insigne angoris expositur crocus;  
ut exultat, vel cruciaminibus summis nobilibus  
animus: igitur in demonstrationem validis-  
simæ virtutis; vel in angore summo fortitudo  
ridet penas angoris.

Quod alij  
tormentis,  
Christo  
preponitur  
gaudium.

5. Claret iam auctoritas D. Pauli. *Proposito*  
*sibi gaudio, sustinens crucem.* Crux, & gau-  
dium implicat; siquidem contraria delig-  
nant. In cruce universitas tormentorum  
patet, quæ utpotè nociva, corpus conati-  
bus renuit; in gaudio inest profectio com-  
modum; non adversum: quo ergo pacto  
gaudium apparebit cordis, tormentum an-  
gore crucis? Quomodo proponuntur ut deli-  
cia, pœna & summa, lancea, clavi, &  
mors, tormentorum extremum? In cruce  
gustavit crocum: cum croco, & mors risus  
est: unde quicquid in angore ceteris erat

tormentum, Christo propositur, ut singula-  
rare gaudium. Hispan. *El tormento que en*  
*los bombres es acerbissima pena, fue para*  
*Christo como materia de risa.*

6. Etiam ad membra mystici corporis  
descendit prællans fortitudo capitis. *Iustis*  
*animæ* (id est vitæ) *in manu Dei sunt,*  
*& non tanget illos tormentum mortis,* dicit  
Salomon: quod quidem aptatur & appo-  
sitè Christi Martyribus. Adi Cornel. Alapid.  
& Lorium hic. Patiuntur in diris cruciati-  
bus ingenia crudelitatis, & illos haud tan-  
git tormentum pallidæ mortis? Quia tor-  
quentur, moriantur. Sanè: verum tor-  
ti moriuntur, & in morte non torquen-  
tur. Tangit mors, at non tetigit in morte  
mors tormentum, quippe per angulias  
erumpebant in risum. Mors tangit morien-  
tem, cum è vita decessit. Tormentum mors  
tis, si mortuus animam agit: & in Martyri-  
bus mors per tormenta accedit, nullatenus  
verò tormenta mortis; quoniam tormen-  
ta ridet, & in tormentis. Patiuntur gra-  
via profectio, & importabilia; ceterum  
prius gustato amoris latissinio croco: unde  
gaudet prævalens illorum pœoris fortitudo;  
siquidem in insigne validissimæ con-  
stantiæ, tormenta summa sunt argumenta  
letitia.

7. Patet. *Visti sunt* (inquit) *oculis insipientium*  
*mori.* Quid ergo? Non moriuntur? An quia  
peccator moriendo moritur, & moritur o-  
ri in panam cum lull morientes spoliuntur  
mortalitate, complicitam vitam? Ideo di-  
citur in reprobos: *Interfite usque ad inter-*  
*nectionem;* quippe Martyres sæva tyrannide  
in morte internecantur, verum non inter-  
ficiuntur. *Non videbit mors interitum, cum*  
*viderit sapientes morientes:* igitur in articulo  
certaminis, aufugit tormentum mortis:  
& qui cruciatus ut crucis, impios replent  
angore; Martyribus sunt in pace. Glosiam  
audias Gilb. Genebrardè hic. *Non videbit*  
*mori, cum viderit sapientes morientes.* Haec  
consonat morti, non mori: & perpetim  
abnuit veritatem mortis, si altruic morien-  
tes. Absidue demonstrabitur ut mors, quæ  
gaudio vel in cruciamine fit. Gustant Marty-  
res charitatis philtum, & dilectionis cro-  
cum: ac mors, quæ mæstitia est, commuta-  
tur in gaudium; quippe vel summis tor-  
mentis effusi in risum, moriuntur.

8. Insuper. Per tormenta, quæ invita per-  
ferimus, mortem interfectorum Martyrum  
computamus. Regula porrò distorta, cum  
voceat insipientia. Mortem degulstant, cor-  
pora certaminibus laborant; ar laboribus  
exultant. Quo magis trulentus animus

Sap. 3. 17

Martyri-  
bus dira  
cruciamen-  
ta, sunt  
incandis-  
sima co-  
leptatis ar-  
guenta.

Ibid. v. 4.

Ezech.  
9. 6.

Plal. 48.  
20. 11.  
Mors in  
Martyri-  
bus non  
mors, sed  
cæneb.

in

Videntur  
oculis in-  
spicien-  
tium in-  
ori, & cor-  
datione  
ridere.

Matth.  
5. 11.

Ibid. v.  
22.

Speclacu-  
la virtutis  
sunt in  
Martyri-  
bus occasio  
incandis-  
sima.

Odium,  
erga Mar-  
tyres ob-  
sequium.

Ibid. v.  
5.

Mald.

August.

in vitam invêhitur, eò magis athleta iucun-  
ditate perfunditur. Festinat appetire felici-  
tatis ianam, dum persecutor anxius aggra-  
vat pœnam. Languescent corpora, icibus  
succumbunt: & dum videntur oculis insi-  
pientium moris videntur oculis cordatorum  
ridere. Gaudium patet in Christi pugilibus,  
dum sunt victi vincentes, ludibrium hosti-  
bus. Morte etiam imminente, nos trepida-  
mus: abest à nobis dilectionis crocus. Illi  
assatim degulstant, & ad certamina proce-  
dentes properant: igitur ita valet virtus  
pœoris, ita urget præmium virtutis; ut dum  
alij mæstibundi moriuntur tormen-  
torum cogitatu, illi moriantur exultantes  
risu.

9. Astipulator acuminis consilium Christi  
inò persequitur solatium. Obliqua  
fortis in mudo rentur hominis cogitationes  
moneta maledictionis, arbitria tyranidibus,  
male audire, & crebro concuti: ar Alister  
nostrè philanthropus, in persecutionibus, in  
adversitatibus, & odio in asecles, haud  
ostendit argumenta timoris, sed voluptatis.  
*Beati estis* (inquit) *cum maledixerint vobis,*  
*& persecuti vos fuerint, & dixerint omne*  
*malum.* Ita qui huiusmodi contradictiones  
benè noverat, & futuras præficebat. *Beati.*  
Non leva fortune iactus, iactus fortuna:  
quandocumque molientes persecutionem,  
construunt, vel reuentes beatitudinem.  
*Beati estis, gaudete* (profert) *& exultate.*  
Placet, ut gaudeant, exultantes beatitudi-  
ne: ceterum quòd exultent gaudentes per-  
secutione? Gaudium solatium est ex volu-  
ptate proveniens: quale gaudium fruitione  
voluptatis, oriens ex contrarietate angori-  
ris? Gaudium est martyrum? Iucunditas ne  
tormentum? Pœna mortis contritrat, licet  
constantia perferat; & gaudere Christus iu-  
ber, dum persecutio & utque ad mortem  
premit; siquidem gustato croco, specula-  
la fortitudinis sunt mirifice argumenta volu-  
ptatis. Alij qui nesciant gloriam per mor-  
tem, debent certamina fugere: vos autem  
gaudete, & exultate, igitur si in gaudio non  
ingeritur metus; mors, quæ terror est alijs,  
vobis est ludus. Timere debent, quibus satis  
crepera, vobis autem merces, & in cælo, copio-  
siosa. Gaudete vel vulnerati, apprinquant  
morte: quippe etiam ipsi fuscitantes vali-  
dam persecutionem, impellunt vulneribus  
in summam felicitatem.

10. Intendite. *Beati* (dixit Dominus in  
monte) *qui lugent, quoniam ipsi consolabun-  
tur.* Maldonatus hic, *Ridende:* sed quando?  
Dum prævaleat persecutio. *Occasio gaudij*  
*Apostolorum in morte:* inquit Augustinus lib.

1. de *Serm. Domin.* in monte. Singulare profus  
solatium! Mors nonne pœna? Nonne  
dolor, & tormentum? Discipuli irident pœ-  
nas, & rident. Felicitas non exicit micro-  
rem, sed gaudium: & solatium vocatur  
mors tormentum; quippe dum alij amaritudo  
lugent, Christi discipuli persecuti  
gaudent.

11. Apud Lacedæmones (ait Plutarchus  
in *Agid.* & *Cleom.* & etiam observavit Ka-  
vif. Textor. in *Offic.* cap. de *Deis*, lib. 1.  
cap. 10.) *templa, Timori, Risui, & Morti*  
*dicata sunt.* Aliquando huiusmodi notitia si-  
mulatis congrua videbitur ludio falso oble-  
quentis. Modò perpendenda societatis imagi-  
num, in corde hominù contraria erectum.  
Timor otitur ex aliquo malo. Risus ex aliquo  
delectabili bono: dilionant certè ritus cauta,  
& timoris influenza. Si apicitur Mortis  
imago, creteit meritò formido; siquidem  
mors formidanda, non ridenda. Quo igitur  
pacto, *Mors, Risus, Timor* eodem collo-  
cantur in templo? Ut clarescat in morte lan-  
guor imbecillitatis, & præstantia fortitudi-  
nis. Quod vanitas cogitationis hominum  
finxit; virtus Christi Martyrum verum  
altruit. Mors quia adverba & nocua, igitur  
satellitibus agritudinibus, vel vulneribus, in  
cunctos furens grassatur; a cunctis, & utque  
quaque timeur. Aliquid novum ostenden-  
dum erat virtute sacri crucis, perfuni a Re-  
demptore in stipite Crucis: scilicet, ut despi-  
ceretur mors formidabilis, quia victa iacuit,  
dum ille succubuit: & simul cum morte, risus,  
timorque exponitur in templo; ut  
pateat valens & in mortem fortitudo: igitur  
mors, quæ prius incutebat metum, exequit  
omnino risum. Qui dudum timebant,  
iam exultant. Si regnaret adhuc mortis for-  
mido, haud diceret Thomas: *Famus & mor,*  
*& moriamur cum eo.* Igitur cum iam sit ludus,  
& ludus etiam in ipsa amaritudine deli-  
ciosus; loco formidinis, occasio ministrat  
voluptatis.

12. Expellitur ab altari pœoris timor,  
mors individuis comes, & avertens forti-  
tudinem: siquidem perfecta charitas pellit ti-  
morem; & solummodò remanet cum morte  
risus, quia vel vulnera iocus. Tormenta  
auxillantur conati, cruciamina fortitudi-  
ni; perperamque formidabitur tormentum,  
quod adolatur delictum. Aliqui soluti in ri-  
sum, quosiam disrupti contere, & quapro-  
pter Græcè, dicuntur *Abrigieli.* Vide, si lu-  
bet, *Plin. lib. 7. cap. 37.* Aul. Gell. lib. 3.  
cap. 15. Politianum in *Nutritia*, Valer. Ma-  
ximam de *Morte non vulgar.* & Ioann. Ra-  
vil. Textor. in *Theatro Philosophico*, seu  
*Offi-*

Et mors  
gaudium.

Pluta c.  
Ravif.  
Textor.

Templa  
dicata Ti-  
mori, Ri-  
sui, &  
Morti.

Mors ho-  
minibus  
meritis,  
fortitur  
risus.

Quando  
mors  
victa a  
Criso

Ioann. 11.  
16.

Tormenta  
risus, vel  
nra iocus.

Risus me-  
riti.

Offi-

Officin. lib. 2. cap. 87. Subest huiusmodi mortis causa sanguinis fuga: qui quidem delicto corde, cuius spiritibus vivit, in alia tendit, & cor siccitate riget. Arridet causa etiam naturalis incontinenti Martyrum in certamine agoris, & voluptatis: igitur si viscera patent, si vulnera rubent, & fontes in venis ictibus aperiuntur; necessario Martyres percussu risu morientur. Abs re videtur una effigies Ritus, & Mortis, sed inveniuntur in altare virtutis: siquidem risus, ludus, iocus animo forti, mors quae incutitur fortissimi.

13 Alta quidem ulcera pertulerat, & perterebat lobus in certamine singularis pugil, & athleta fortissimus: patet, adversarius ergo erat diabolus militanthropus. Tabula viva erat, qua sanguine ducto per lineas, dolores vividè pinxerat dira crudelitas: unde crebris ictibus, profundis, vulneribus, intimis plagis, & solatijs inimicis, aperiebat, & claudere ianua mortis, laxans, ac retinens habenas mortalis vitalitatis. Querulus lobus loquitur, & sic queritur: Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. Quis ergo crederet risibilia percavata ulcera, & acuta tormenta? A planta pedis usque ad verticem capitis non est sanitas, & inesse potest ori cordis voluptas? Dolet corpus, & est risus? Sanè. Florebat Iobus singulari virtute; cui submittebatur acerbitas doloris, ut blandimen voluptatis.

Poenae ex ulceribus torquebant, sed constantia fortitudinem lactabant. Quid mirum, quomò erumperet in risum, contempnans ulcera voluptatis obsequium? Cui mors formido, haeret in doloribus anxietas, cui verò spectrum, inest singularis hilaritas: & cum lobus mortem haberet iocum; ut demonstraret, solvebatur in risum. Signum tristitia, & morosis est vultus demissio, incontinentis autem superciliorum elatio: at vultum Iobus & patiens non demittebat in terram, ut indicat cordis in doloribus latitiam.

14 Non credebant: inquit. Effectus à contraria causa miraculum est: & sanè novum, quòd doloribus intimis ora pugilis rideant, cum alij eiusdem conditionis affecti doleant. Amici lobi propria constantia medicabantur athlete virtutem, ubi lumina perspicue conturbantur passionem. Iudicium utique prudens, si non esset singularis virtus. Crederent, si agnosceretur prestans cunctis doloribus animus: qui quidem acriora tormenta, arbitrabatur tamquam virtutis ludibria. Ridet Iobus, quando patitur:

Cui Martires risu su marium turt

Iob 29. 24. Acerbitas doloris est blandi... men voluptatis.

Mori inditata perstrum commovet risum.

Virtutis ludibria patienti graviora tormenta.

torquetur, exulceratur novis dolotibus; & vulnera vulnerantur recentioribus ictibus. Ludite, ut Inditur? Angitur. Eculeus est iocus, Dolor intererat poenam, & concitabat latitiam igitur illi singulare gaudium, quòd amicis iudicabatur tormentum. Exultat in calamitate animus victor, corpore victo, & insultat adversa remissioni fortitudo. Levia retur, quae mortifera: vitalia patent, & vulnera mulcent. Membra lata intolerabilia portant: & amici non credebant: quia extra fidem videtur, hominem carne, & ossibus compactum, tantis, ac talibus penis solum promere rilum.

15 Non credebant, veràm Iobus ridebat. Risus oritur ab admiratione: admiratio ex nova specie. Quid igitur novi contingit lobo, ut ex tormentis resulset specialis admiratio? Ratio, quantum anguror, in prompta. Dolor accit mortem, infert tristitiam, & anxietatem: in lobo mori vivebat, tristitia exultabat, angor commutabatur in voluptatem, & suspiria in mirificam exultationem. Risus ex fonte oritur admirationis, admiratioque haud experta novitatis: & illico ut vidit lobus patiens, tanti certaminis iocum; erupit mirans gaudibundus in risum. Non erit undeque novum, quòd vires enervata praevalcunt, & in alijs, adversitatibus languent? Contra pondus nictur pugil exprobrans castra demonis. Sicut palma multiplicat dies.

Pondere pressa gravi sit palma valentior, atque Impositum dupliet robore pulsat onus. Succinit Boissardus Emblem. 9. Vid. Aud. Alciat. Emblem. 26. Pier. Valerian. lib. 50. cap. 6. Aul. Gell. lib. 4. cap. 6. Plin. lib. 16. cap. 42. & Plutarch. 8. Sympof.

DIDASCALIA XVI.

Virginis appellabimus mortem ne?

1. DE Deipara protulit Ioannes Damascenus Orat. 1. in eius Dormition. di Virgo legi communi tametsi privilegiata, subest lubens; nonne moriens? Adamus moriens moritur, quia moritur languore mortalitatis: & Virgo filia eius, mortalis est, non moritur; quia amore moritur, & charitate occubuit, quae amore languit. Anima repleta fuit tanta exultatione, quòd vix se capere poterat (ipsa apud S. Brig-

Esia Martyrum mirabili.

Cap. 2. deant totis

Boissard

Palma victoria signum.

Damas. Mortua est Virgo Deipara, quia vix inuit.

Sed amor re succubuit.

Brigit gittam aiebat lib. 6. Revel. cap. 66. & in ipsa consideratione anima mea à corpore fuit soluta. Vide Ildelphonum Sermon. de Virgin. Assumpt. & Damasc. ubi sup. & Orat. 2. Mors dicitur, ubi mortalis morte moritur: Virgo igitur, quae amore moritur, die fides, morietur? Dum contemplaris charitatem morientem, appellabis Virginis iure mortem? Moritur dicitis: at quomodo sine morte moritur, aut in ipsa morte vel decumbens non morietur?

Errabat socio Mors iuncta Cupidine: secum Mori pharetra, parvus tela gerebat Amor, Dum trepidat annis, ignita Cupidinis arma Mori capit, & mortis frigida tela puer. Succinit Ioachimus Bellacius. Vulgaris, sed verae cogitatio. Moritur profectò Virgo. At fallente pharetra, mortis tela puer, mortisque tulit pueri. Singularis utique debuit plandi, quae sic inter mortales etiam mortalis praecluit: ac mortis & charitatis mutatur pharetra, dum Virginis singularis deficit vita. Moriatur, quia sic sibi placuit: at si morti vitam amabilem vovit; vulnereur charitate, sed non morte, ut cunctis clareat, vel solum mortis haud esse impulsu mortis, sed charitatis. Mors ab amore, non ficit ceteri vulnereat Normientes in sepulchris, quia degeneravit vulnus à vulnere mortis: igitur vulnus amoris lethiferum, & mortis volupe telum; quandoquidem vel in morte, ut quidam concinuit:

Mors aberat, mortem cuspide fecit amor, Haud infectae Hispan. Pae la muerte gustosa flecha de amor, y el dardo de amor una bevida de muerte. Bene: minimè regitudine alia quibat migrare.

2 Perpendere's utique filij transitum, ut sit exemplum. Dilecto discipulos, ait tellis oculatus, ut transiret Ex hoc mundo ad Patrem: dilexit. Singularis agritudo cordis, & accessio novae febris. Ut transiret ex hoc mundo, dilexit? Transire non poterat, quin diligeret? Semper enim cogitavimus amorem vitalitatem pectoris, non lassitudinem cordis: & apposite cogitavimus, quippe translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus. Amor, qui mori vult, & optat sepulchrum; cupit se exhibere, per fidei amplioris demonstrationem, extinctum. Licet videatur excessus, pareat mortuus; unde per vehementem studium minuit suspensione obsequium. Quae ergo via astantis pectoris insignis clarescit fides, per vulnera mortis? Indicat ( ut observat ingeniosè Maldonatus hic num. 5.) non ita moriturum, quemadmodum homines ceteri mori solent. Versantur nam in difficultate maiori. Christum suscipit

Ioann. 13. Car Christi dilexit, ut ex hoc mundo transiret

Mald.

Sed amor re succubuit.

profectò mors: ergo quemadmodum homines ceteri, mortuus est. Si in privatione vitae collocamus mortem, quale discrimen? Maximum. Diligebat Christus homines, & pro illis mortuus est: ceterum non est mortuus, quia vitam amisit, sed quia diligebat. Amplecti, quam subibat mortem, erat flagrantis obsequium; verum in illo praestare debuit tanta charitatis officium: & minime incendij amoris lampades rutilarent, dummodo moretur quemadmodum hominum ceteri mori solent.

Diligere suos in morte, erat sanè ostensio potioris dilectionis, quia moriebatur: attamen nullatenus inuebat Evangelista, quòd ex dilectione moretur. Clarius ostendebat per mortem, vehementer reapse peccatoris charitatem (etenim vel in incendio pectoris causa latitabat mortis; cum amor tantum illum impelleret, ut vitam daret) igitur haud moretur, nisi diligeret: ac cum ceteri homines, dum moriuntur, huiusmodi vulnere non moriantur; febris, quam habuit Christus in mortis articulo, non fuit mortis, sed amoris sagittantis. Vigilantissime dilectio nostra. Era morirse de amor: y como los demas bombres no se mueren de este achaque; el achaque, que tuvo para morirse, no fue de muerte.

3 Ut homines ceteri moriantur, nullo modo quaerit causa: sufficit vita. Ut Christus profunderet vitam, fuit alia causa, quae quidem non minor, sed virtute potentior: quandoquidem non imbecilliora sunt vulnera charitatis, quam infigunt in corde spicula conditionis. In ceteris mors seepit, quia structura dissolvitur: in Christo, quia diligitur. In omnibus mors cruciatum, sed in causa singulare discrimen: hic moritur dilectionis febris, alij moriuntur victricè morte: & ut palam fiat, quòd non uti ceteri transiant ex mundo, tranivit; Ioannes testatur, quòd ut transiret ex hoc mundo, dilexit.

Permutatio Cupidinis, Mortisque iaculorum in Affectoris Nostri obitu feliciter patet. Amor mortem decrevit: & dum volaret sagitta excussa, opinione hominum, è pharetra mortis; cor Christi transfigitur in morte à sagitta Cupidinis. Ut causa, & occasio mortis in morte, par ut erat, rutilaret; non transiens, sed ut transeat ex hoc mundo Christus dilexit: siquidem si ceteri mortui iacent, & mortis vulnere; Christus iacet mortuus, sed Tanquam mortuus à corde. Ut moriatur, diligit. Diligit igitur cecum hoc mortis nulla sagitta ferit. Neutiquam alia causa mortis moriundus afficitur. Dilixit, ut moretur.

Febris in morte Christi non fuit mortis

Sed afflictio charitatis.

Handquam transeant iustis est hoc mundo, experimur dilectio sed ut transeat ex hoc mundo, Psal. 102. 13.

Marc. 15. 37. Luc. 23. 46.

Matth. 27. 50. Ioann. 19. 30.

Post mortem Christi, ubi mori advenit.

Ioann. 82. 34.

Ibid. v. 33.

Jam ex-cesserat e vivis, ubi accesserunt spicula mortis.

Cass.

Proprietas vocum Evangelistarum, experimentum Christi mortem, pulsata profecto contemplantium mentem. Nullus mortem refert verbo mortis. Marcus ait: *Expiravit*. Eadem Lucas: & apposita, quia vulnus erat amoris, & non mortis, quod in morte fontem extinxit vitalitatis. Abre texerit mortis historiam; si aliam, quam dilectionem promerit causam. Mattheus: *Emisit spiritum*. Ioannes vero: *Tradidit spiritum*. Iesus moritur in cruce, propter hominem in statu captivitatis; & Evangelizata meditanter declinant vel vocem mortis. Dicere mortuum morientem; signabat causam, veluti in ceteris privationis vitæ, mortem: & nequaquam asserunt expirantem, mortuum; sed morientem emisisse spiritum: quippe quam ille qui moriebatur in cruce, moriebatur amore, cuius sagittæ in manu potentis mortis, cordi feliciter harent; ut non moreretur, quemadmodum ceteri mori solent. Idcirco post mortem vulneratur Christi pectus. Post mortem inutile vulnus. Sanè, vel in vivente, qui moriebatur amore. Intulit miles in pectus penetrabilem cuspidem, verum post mortem: quia serò veniebant sagittæ mortis volantis; post mortem, quam patravertat iacula amoris. *Post mortem*. Ideo miles *Lancea latus eius aperuit*: igitur dum mors lancea pectus valide vulnerabat, vulnus pridem confectum ab amore patensbat. Vide quæ diximus *Tautol. 3. Didasc. 8. item. 3.*

5. Perpende modò præludia vulneris. *Ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt cura: sed unus militum lancea latus eius aperuit*. Si viderunt mortuum, vulnus lanceæ omninò cassum. Propositum sanè crudelitatis est acerbitas doloris: ad quid igitur in cadaver retorquetur lancea, dum cognoscitur, quia cadaver, insensibile: Haud sine mysterio insigni pectoris fit meditata vulneratio. Interfutura potestas Mortis, & Cupidinis in morte mirabile Salvatoris. Paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittarent rectum corde, ac interderent arcum acuta cuspe. Quid ergo? Pectoris fit vulneratio: at dum mors per lanceam militis preparavit scitum; Christum viderunt iam mortuum: siquidem iam spiritus avolaverat iaculis charitatis, ubi accesserunt spicula dira mortis.

6. Iamiam mortura Deipara vidit Dilectum, & *In charis illius manibus* (ut ait Castro in *Vita Virginis*) *deponit spiritum*. Moritur? Itaque. Cur non dicit Virginis obitum, sed duntaxat tradidisse spiritum? Proferre, mori; minuebat mortis causam (quæ non

mors) ubi flamma pectoris palam fit: & mori, nequaquam dicitur, dum certè moritur; quia non moriebatur morte, sed flammante charitate. Si amore moritur, Virgo morietur? Quando appropriavit fatale spiculum mortis, mors vidit illam iam mortuum vulneribus charitatis. Non est mortua: anisfit spiritum, priusquam mors interderet arcum: igitur si amor languor, amor febris amor erit causa mortis. Ceteri hominum expirant, quia à morte intercluditur vitalis aura, & spiramina rigent: at Virgo minime, quemadmodum ceteri mori solent. Si mori vult, nequaquam sagittam emittet mors. Si mors necessaria, telis amoris lucumbet, quæ alia ægritudine, aut accessione migrare non potuit.

7. *Morbus divinus, sive Ignis sacer* ex Platone, & Apuleio, sic describitur à Ioann. Ravil. Textor. in *Officin. lib. 2. cap. 51.* tum verbo *Comitialis*, cum verbo *Ignis*. *Morbus est* (ait) *tantum animi consternationem afferens, affectumque adeo mente alienatum, & attonitum reddens; ut tremantibus membris, venisque palpitantibus interram decidat*. Dicitur *morbus sacer*, quod in eam maxime partem secat, quæ sit sanctissima. *Fit in pectore*. Dicitur *ignis sacer* propter admirationem, quod nihil habet cum alijs morbis simile. Hac ille. Si in igne amoris tellera (siquidem alia eius alia ignis, atque flammarum) amoris proculdubio Ravil. describit morbum, ac in obitu Virginis vulnus amoris. Subiectum est pars sanctissima, nullaque alia ægritudine affecta, nimium, intima cordis, & abdita pectoris. Corripuit Virginem ignis sacer, & conflagravit pectus. Quid est hoc? Morbus divinus. Morbus? Utique: sed ignis sacri. Si accessisset peregrinæ alterius commotio febris; subiaceret mortis viribus, sicut ceteri eiusdem conditionis: & corripitur languens amore, ignis sacri dulcissima, ac iucundissima febris; quia languor hic nihil habet cum aliorum infirmitatibus simile. Non tantum vita Virginis, sed etiam mors iustificata cunctis: & in ea parte sanctissima eam collocauit factum ignem, propter mortis, & orientis admirationem. Decidit in lectulum Virgo Mater venis palpitantibus telis amoris, quasi scopus charitatis. Enuncient vulnera, cui vita concessa. Moritur, sicut ceteri moriuntur: atamen non moritur neque in morte, nec morte, sed divino morbo, sacroque igne; ut moritura, ac morientis vulnera indicent, non mori, quemadmodum ceteri mori solent.

8. *Fulcite me floribus, stipate me malis*, quia

In Virgine amor languor, febris, causa mortis.

Morbus divinus, seu ignis sacer quam sit Text.

Morbus Virginis eius iustificatus.

Morbi ex-cessus.

Cass. 1. 19. quia

Sept. Alap.

Vulnus ex charitate.

Ildeph.

Ex vehementia amoris, qua afficitur pectus, conflagrat corpus.

Amor vita est. August.

quia amore languo: quia vulnerata eharitate ego sum: virtut Septuaginta Interpretes. Et denique Alap. *Quia mortua sum charitate*. Semper, Dilecta, audivi amorem vivificantem, & nequaquam, occidentem quo pacto experitis incommodat charitatem? Haud incommoda, dum vulneribus voluptuosè blanditur, & vulnus anxie, ac studiosè queritur. Languet ex quo vivebat: accessio infirmitatis debebat exprimi iuxta potissimam conditionem languoris: & non apte febris, quæ ex vulnere, ostendebatur; nisi Sponsa, ex quo viveret moreretur. Singularis ostendi, ius erat in morte, quæ fuerat nobilior in charitate: & mors dicitur ex charitate orta, ubi languet dilecta: siquidem fervor charitatis exardescens caderet, quando Sponsa mors ex amore non procederet.

9. *Sponsa dilecta* plauditur ab Ildephonso lib. 1. de *Virginit. Virgo Maria*: quæ quidem expirat vulnerata charitate, haud habente cum alijs morbis aliquid simile. Morbus hic uti divinus, non est morbus, sed miraculum: & neutiquam esset mirum, nisi moreretur, celo quo vulnerabatur. Mors sequitur languorem: accessio infirmitatis: ac in huiusmodi infirmitate mirum potius, quod moreretur morte, quæ languet vulnerata charitate. Frequenter morbi, præludia mortis, oriuntur ex corpore, exacerbatis humoribus in unionem illius, & animæ contentiosè pugnantibus. Haud segregabitur vita, concordia humorum harmonia. Ignis sacer seelus omninò; igitur ex vehementia, qua afficitur pectus, conflagrat corpus. Singularitas languoris Virginis patet, dum decumbit, & obit: etenim mirum, quod origo claresceret mortis in principio amoris vivificantis: unde in dilquisitione morbi sacri (si dicitur morbus, ubi exardescit charitatis flammæ affectus animus) permanet vel in morte corporis stabilitas; ut palam fiat cunctis infirmitas ipsa charitas Zelo corporeo tabesce, & deficit Virgo languens. Novum profectò. Accessio ex igne sacro fit in pectore, quia nihil habet cum alijs morbis simile. Non moritur, uti ceteri moriuntur: verum mirantur, sagittas efficere charitatis, quod pericere solent iacula mortis.

10. *Charitate* (ait) *mortua sum*. Mortua, & charitate? *Quid est amor, nisi quedam vita*? Alstruit Augustinus Serm. 8. de *Tempore*. Amore Virgo vivit, & amore obit: Difficile captu, quod fit accessio mortis fons ipse vitalitatis; maxime cum vulneris medicamen sit exulceratio, & non medi-

cina vulneris. Quo igitur pacto charitate vivit, & moritur Virgo? Utrumque continet charitas. Vide Laurentium Hæchtanum in *Microcosm Emblem. 54.* qui tubicipite imaginæ Amoris epigraphen: *Vita Mors*. Vita, si parvus: mors, ubi summus. Officia (cæso contraria) sunt charitatis, quæ quidem exercentur iuxta pondus conditionis. Dum crescit, vivificat: ubi non ultra, suscitatur: & Virginis facer ignis dirumpit vitam; ut charitatis vehementem portendat flammam: facer mortua vulnere præstanti amoris, quia amor summus mors amantis.

11. Præfæpe ait Ioannes, ut videri licet tum cap. 7. v. 30. cum cap. 8. 20. Assertorem nostrum frustra confulia malignantium, in vitam dulcissimam refractare invehentium: ac dignum contemplatione iudico: quod cum esset in cenaculo dicit: *Sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transiret ex hoc mundo*. Iesus modò scit, se moriturum? Scit, se moriturum modò. Quænam occasio nova, ut ambigatur de vita? Inter cohortem, & tortores cum staret, sciens quæ ventura erant super se, imperterritus processit. Illo tempore fuit hora, ubi vita profusa discerni. Quale in cenaculo namque imminet Salvatori? *Hora eius*, dicitur à Ioanne tempus, quo placide erga discipulos charitas flagrans exprimitur. *Hora* etiam dicitur mortis, dum à ministris comprehenditur. Stantum est hominibus semel mori: quomodo hora mortis in cenaculo, & in horto? Facul. Est mors mortis, ac mors ocyor charitatis; & hora eius mortis ante mortis eius horam cogitatio in cenaculo indicatur; quia mortuus erat amore, antequam ad ministrum accederet, ut in cruce moreretur.

12. Acumen in ingenio amoris licet obiter, nota. *Hora eius* dicitur à Ioanne in cæna novissima: à Christo autem, dum comprehenditur, *Hora vestra*. Sic Lucas ubi sup. Quomodo hora illorum hora eius; si in illa hora tradebatur, ut tolleretur, & persistebat vita, antequam comprehensionis veniret hora? Ita hora, & eius, & illorum, erat passionis, & migrationis tempus. Neutronum patet. Non illorum in horto, cum pertransisset hora, quæ erat eius in cenaculo. Non illius, quia in cenaculo non erat hora, ut transiret ex hoc mundo. Difficilis nodus, ni alluaret sacri ignis fomite pectus. Hora ministrorum erat hora mortis Christi per passionem. Hora Christi, erat hora mortis eius per charitatem: & advenit hora in horto, postquam præcivir in cenaculo; siquidem tarda molimina mortis

Laur. Hæcht.

Et etiam mort, ubi summus.

Ioann. 13. 1.

Quomodo Christus non moritur, nisi epitem morietur. Luc. 23. 53.

Præfæpe fuit scopus ibi ricaps, quam moris.

& ictus, cum pridem ab amore esset sagittis confossus.

Hora vestra est, ut inferatis necem; verum in morte non mortem: quandoquidem, & dulciter fecit in conaculo charitas, quod completa in Calvario infariabilis crudelitas. Ideo (quantum anguror) mortem crucis in Tabore syndri illi celestes vocant excessum, & complendum; quasi ante comprehensionem esset profectio inchoandum. Legitur sic: Dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. In morte qualis excessus? Est excessus, ubi ulterius aliquid: at in morte nihil procludit ubi ulterius. Fallor sane, mortem traxis dicunt excessum & iure; quia cogitavit amor per charitatem, ut veniret mors post mortem. Excessus est mortis, & completur per cruciamina crucis. Advenit eius mortis hora, & antequam appropinquaret. Transivit Christus ex hoc mundo, priusquam transiret: igitur post mortem, quam intulit vehemens charitas, accessit, & successit mortis acerbitas.

13. Modò proposito, quia liquet dum abdita ratio. Amor sanè vita est, cordisque respiratio vivificans. Quo ergo pacto in conaculo moritur amans? Moribundum, dum plus diligit, Christum Ioannes intelligit? Etiam: plus diligit. Prius diligebat: & cum amor sit vita; vivebat amans, quia amabat. Actamen cum amor illius modò perveniret ad summum, & per pignus demonstrationum nancisceretur excessum, ultra quem nihil ultra; amantis deficit vita: etenim amor, si ut amor vivificat obsequenter amantem; in summum si inoleverit, ingerit mortem.

14. Causam inquiris. Promam Platonio in *Timæo* placuit: *Essè ardorem animi in proprio corpore mortui, in alieno viventis.* Unde queritur Sautonis sponsa, dicens: *Quomodo dicit quid amas me, cum animus tuus non sit necum? Cherubim, in commendationem officiorum amantium, ut patet Exod. 25. 20. Resplevit se nutuò: ac demum Christus pro Sacramento Amoris statuit Ioann. 6. 56. In me manet, & ego in illa: de quo Nos dato tempore Tomis seqq. lege interibi Gregorius Homil. 30. in *Evangel. S. Paterium* ex ipso in *Cantic. 2. v. 5.* & *Nichardum* lib. 4. *Charitatis, vulnerata.* Verum hæc potius dixerim amoris signa, sive effectus, quam causam mortis, & excessum charitatis. Aptius Sanctus in *Cant. 2. num. 28.* profert amoris virtutem; igitur Sponsa cor sentit vulneratum charitate: *Neque enim plaga, quam accepit cor, potest esse non**

lethali. Quapropter Otho Vanius Emblem.

24. *Amor. concinuit: Transfixum cor amor clam testificatur amice Nam voce effectus plus in amore valet.* Ac amans emittit quamvelociter vulneratum spiritum; siquidem in illo haud habet iam nova plaga locum. *Elisive agrotabat infirmitate, verum Sponsa languebat amore: Nec minorem febrem amoris esse dixerim* (inquit Ambrosius lib. 4. in cap. 4. *Luc.*) quam valoris.

15. Non absre huiusmodi sententia, ceteram non emergit e lateribus omnino causa; ut astruat qualitas vehementioris amoris, in morte præpropera intensive diligentis. Morbus hic est ignis sacer divinus, cuius compos (ut vidimus) tantum pectus: idest, anima, sedes flammæ celestis, & thronus ignis. Structura autem terrea ignem huiusmodi non absorbet, sed absorbitur ab igne; quippequam uti peregrina, est incapax ignis sacri: animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Unde dum confortium ignis divini exoptat, & adipiscitur incauta Semele.

Corpus mortale tumultus Non tulit atheros, donisque in galibus arsit. Dicit Ovid. lib. 3. *Metam. Fabul. 3.* & Horat. lib. 1. *Carm. Ord. 19.* Et lasciva licentia.

Vita hominis conlat ex unione animæ, & corporis. Concalet cot intra penetralia pectoris, ac crebra meditatione exardescit sacer ignis. Refrigerium feliciter extra, conflagrans, querit, quia *Charitas* (iuxta Pauli verbum) *urget.* Vita amantis munitur, dum ignis divinus intra animam continetur: si verò vel scintilla dilucrat vaga extra pectus; mortale exardescit corpus: cum impetu amoris contineri nequeat flamma; amantis vehementia absorbitur planè vita.

16. Eloquentium Domini conlat igitur: quid erit amor? Vehemens incendium: est nive corporis refrigerat, anima vulneribus Aetna conflagrat. Contuearis, in quem missus est ignis de caelo, ut pateret eruditio. *Fastus est in corde meo* (ait Ieremias) *quasi ignis exaltans, claususque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens.* Languore amore, vitum in Sponsa, & Amnoe: verum perire? Felicitas est in utero sanctificationis. Occurrit prerogativa Sanctorum Iosephi, & Benedicti, & claret origo mortis tum Tereise, tum Gertrudis. Hæc omnia mirabilia: in Deipara prostris mirabiliora. Ieremias, an Virginis Matris exprimit vulnus, & faucium pectus? Potius arbitrarer Virginis,

Oth. Van.

4. Reg. 13. 14.

Ambri.

In quo stat virtus amoris vitam subit absumens.

Ovid.

Horat.

2. Cor. 5. 14.

Ignis amoris vitæ

Ier. 20. 9.

Prærogativa Iosephi Benedicti Gertrudis & Tereise

Vita corpus vis flagrat igne charitatis.

Et absumitur felicitate.

Cant. 2. 5

Chisl.

Quam frigidus ignis respectu quorundam

Ioan. Carm.

Claud. Triphobus Virginis in rapite.

nis, quam sacri Vatis. At si ignis in corde hæret, quo anima, vel animus languet, igitur ignis divinus; quomodo deficit, & astruat amore corpus? Inigne amoris est vita, & mors. Vita, dum ignis exaltans in ossibus clauditur: mors, ubi ut refrigeretur, foras emittitur: ac cum egredi sit mori, quia pars materialis ardet; simulac ignem concepit corpus, deficit.

Clausus in pectore urebat animum, & duntaxat de nonstrabat corpus infirmum. Sustinuit, languorem percolit: verum ut vim urgentem respiratione aliquantula vinceret; mortem obviam in respiraculo invenit; igitur ignis celestis, peregrinique compos, corpus mortale tumultus non tulit atheros. Vincula corporis anima rumpit, quod ignem ferre non potuit: deficit, quia portio in quo latebat, exarsit: & requirens extra pectus refrigerium; illico emittit spiritum.

17. Vulnere charitate Virgo in obitu proponitur. Vidimus causam: ex ipsa languente serueatur medicinam. *Fulsit me floribus* (inquit Sancia) *quia amore languo.* Michael Gualterius hic ex Antiquorum Rabbinorum textu, *Expositio. 2.* legit: *Fulsit me ignibus.* Singularis namque lectio! Ignis est charitatis hieroglyphicum: ipsa statuit, *Lampades eius lampades ignis, atque flammaram.* Quo pacto refrigerabitur ignis igne, & amor amore? Amor eius summus est. Pectus aethans respirat aere: Sponsa vero refrigeratur igne: & patet pectoris incendium lammum; ubi ex igne requiritur refrigerium.

Aliquid in commendationem peregrini huius amoris, portendit sanè lectio singularis auctoritatis. Ignem postulat refrigerium, ut vivat, vel ut moriatur? *Ut moriatur* (ait Ioannes Carmelita) *stipate me ignibus: donec me velut phœnicem morti se deovertem; ignis expulsi absumat. Sponsa phœnicem emulatur.* Hæc ille in *Cantic. 2. v. 5.* Sed enim quo emulatur Sponsa Virgo phœnicem, dum miramur amore languentem? An quia Apostoli dispersit per orbem, convenent ad Virginis transfretum, & militia celestis duxit ad caelum? Audi Claudianum de *Laudib. Stillon. lib. 2. v. 478.* *Convenient aquila, cunctæque ex orbe volucres*

*Ut solis mirentur avem, Nec minor in caelo chorus est: Sol ipse quadrigis.*

*Vere coronatus dignum tibi præparat animum.* An quia filius Sol iustitie quamprimum succitavit, ut quæ gustaverat mortem, non videret? Subit idem Vates *Epigram. de Phœnice* tuclenter v. 48. *Tom. 1. Taut.*

Cum procul adæuvis vidit quem Phœbus habebat,

*Stat subito dielisque pium solatur alumnum. O senium posituræ rogo, falsisque sepulchris Natales habituræ vices, qui saepe venas Exitio, proprioque solis pubescere lecto.*

*Accipe principium rursus, corpusque coactum Desere: mutata melior procede figura.* Sanè plausus celestis, & orbis expromitur, sed plus Virgo in phœnicem meditancer emulatur. Phœnix ignibus moritur, & surgit ex ignibus. En eritos artus fœcunda morte reformatur: igitur ex ignibus accipit felicitate unde vivat: & Sponsa vulnerata charitate, ad instar phœnicis morientis circumdari postulat igne; quia non uti ceteri mori solent, vires corporis deficient: etenim invenit providè vitam, ubi aeteri hominim offendant flammam. *Ut vivat*, titulus fuit Phœnicis in ignem proficientis. Vide Philipp. Picinillum. lib. 4. *Mundi symbolic. cap. 56. num. 599.* *Ut moriatur*, ait Carmelita ubi dudum Minime in sententis designatur contrarietas, sed summa Virginis charitas. Nihil in Virgine non singulare: nec aliquid languor cum aliis morbis amplexitur simile: siquidem dum ceteris ignis ingerit corporibus mortem, Virgini phœnicis ministrat vitalitatem. Modò igitur appellabimus mortem ne? Crepere, dum regnat phœnicis vitalis mors.

18. Illustre ingeram testimonium, ut rutilet Deiparæ saltem sepulchrum. *Introibit usque in progenies patrum suorum* (ait Plares regius. Nec auctoritas clarior, neque vox ulla vividior. Perpendas, *In progenies introibit.* Idest, *Moriatur: reponetur in monumento.* Sic plures apud Ioann. Lorin, hic. Progenies, & monumentum implicat: siquidem hoc, uti sedes cadaverum, astruit vel oculis mortem; & progenies per traductionem vergit in nativitatem. Hic origo vitæ: qua via concipietur sepulchrum insigne mortis, nomine originis? Indicat monumentum gelidum spiritus privationem: quomodo mors influet in vitalitatem? Quomodo Virgo vivit, & deficit? Quia deficit ad instar phœnicis, stipata ignibus dilectionis. Vivit phœnix ex funere, surgit ex morte. Flamma, quæ consumit, fovet: ipsa mors ita spiritum ignibus fovet; ut ipsum mori sit vivere: diciturque vel monumentum progenies; quia in illo tanquam phœnix multiplicavit dies.

Mors phœnicis vocatur gravida. Unde Claudianus, ubi (sup. succinuit): *Fœcunda morte reformatur.* *Quem Sol Vitali fulgore ferit.* Mors & est

Idem:

Gloriosa Virginis resurrexit

Mors Mariae conferatur obsequio mortis.

Phil. Picinil.

Mors Virginis videtur talem.

Plal. 48. 20.

Lorin.

Virgo fœcunda ex funere, vivit ex morte.

Mors fœcunda, Claud. Idem.

Luc. 9. 31

Pessimum crucifixus charitatis, accessit, mortis acerbitas.

Nallus presentaneor mortuus, quam amor sum mat.

Plat.

Iud. 16. 15.

Amant in amato vivit.

Greg. Pat. Ricard. August. Saut.

Mori-  
stis qua-  
tu.

Psal. 67.  
30.

Claud.

Virgo in  
morte as-  
cendit su-  
per occa-  
sum.

Sepul-  
crum per  
cor.  
Pier.  
Valer.

Virgo in  
tumulo  
vivit.

Iob. 29.  
18.

Insigne se-  
pulchri lo-  
bi phœnix.  
Pined.

Epita-  
phium.  
Brocard.  
Bred.  
Adrich.  
Etiam  
ulma.

Plin.

fecunda, & sterilis: gravidatur à doloribus, & gravida manet sterilis, dum cadavera pallida inferi sepulchris. Fœcunda est, si vitas, quas arripit, non custodit: quapropter mors Virginis vergit in genitalem progenitatem; quia in sepulchro peperit immortalitatem. *Ascendit*, sicut Filius, *Super occasum*; quia unde morte amoris occubuit; inde maiorem suam gloriam surgendo manifestavit: igitur vivit ex vulnere, expirando charitate; sitque fœcunda vitæ ascensus mors, quæ ceteris occasus.

O Felix: quo solvimus omnes  
Hoc tibi suppeditat vires.

Ait Claudianus ibid. Præter mortem dicimus ascensionem, ubi præbetur origo per cinerem: atque fœcunda, vitalique morte miramur ortum, ibi ubi alij experiuntur occasum.

19. Alibi enim diximus de hieroglyphico illo celeberrimo apud Ægyptios, videlicet, de corde sepulchri symbolo. Pierium Valerian, consuleris lib. 34. cap. 13. Quis non videat in emblemate cogitationem aberrantem, dum sepulchrum signat mortem? Cor est principium vitæ, sepulchrum meta: & mors portendit vitæ: Etiam: & in Virgine appositæ. Fœcunda prorsus mirabilia, vividius, ac ingeniosius exprimimus per contraria. Mors Virginis Matris fuit adinstar mortis phœnicis, in quo mors rutillat genitalis: cuius sepulchrum significatur graphice corde; quia vivit ex cinere. Moritur Marcia: verum sepulchrum eius signat cor vitalitatis origo; quippequæ mortens phœnix vivit in tumulo. Designet sepulchrum eius vita cordis; etenim cor existit principium vitalitatis.

In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies: dicebat Iobus. Nescio an ob hanc causam Iobi tumulus insignis decoratus fuit imagine phœnicis alitis, uti observant Pineda in Iob Pyramide ad calcem cap. ultim. (ubi illustre hoc distinctio:

Iudomita virtute Iobum patientia virgo  
Iam vidua hoc sponsum condidit in tumulo.)  
Brocard. Itin. 3. Bred. Itin. 2. & 3. ac Christian. Adrichomius in Manasses part. 2. num. 78. & 95. Palma etiam adhibetur in eandem significationem, & mortis vitalis indicem: igitur ut ait Plin. lib. 13. cap. 4. Mirum de ea accepimus, cum phœnice ave, quæ putatur ex huius palme argumento nomen accepisse, emori, ac renasci ex seipsa.

20. Intende modò in Iobi fiduciam. In nidulo meo moriar, & multiplicabo dies

Perperam fiet dierum multiplicatio, dum moritur, est moriatur in nidulo. Haud absone: moritur sicut phœnix, qui vitam morte reformat, & cui tumulus vires suppeditat: unde multiplicatio dierum fit sepulchrum; quia phœnix pulchre renascitur, ibi ubi moritur. *Felicitas ex eo apparet*: igitur Doctissim. Sanctius huc num. 27. ingerit claret, quòd non moriatur, sicut ceteri moriuntur. *In nidulo*, dicit. Quam aptè!

Construit illa sibi seu nidum, sive sepulchrum. Cecinit Lactant. Carm. de Phœnic. v. 77. Nidus est ubi nascitur, sepulchrum ubi cadaver conditur: & in argumentum felicitatis, & genitales mortis, adducitur mors phœnicis; quoniam non moritur moriens, sed multiplicat in æternum mortales dies. Deducitur in nidum, quando inducitur in tumulum: siquidem argumentum fatale valide mortis fomes stat perpetua vitalitatis. Ni expiraret, ut vivificaretur; quid singularitatis mors haberet? Dies ut phœnix felicitate multiplicabit: igitur tumulus ubi sepultus, est nidus ubi inconditissimè per mortem natus: quandoquidem nascitur prospere ortum, ubi ceteri sepulchrum.

21. Idem ipse in angustia dolorum futura prospiciens, & mortem Virginis potiusquam suam exprimens, his verbis iactabat gloriosus. *Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertor illuc.* Aliqua dixi Tautolog. 4. Didasc. 13. num. 5. & seqq. sed aliò. Modò inquiri: quid significat *Illuc*? Apud omnes (Gregorium Magnum cum Sanctio, Pineda, Caietano, Lyra, & Alapide adi) signat *Illud* sepulchrum: verum relativum est, & implicatorium: & quia nullo modo potest reverti, unde non exivit: & quia sepulchrum utpotè aridum, sterile, numquam genuit: quomodò ergo mortis exuvia erunt incunabula vitæ? In morte phœnicis, ubi mors sine viribus mortis; igitur florent, qui iaculent cineres. Rutillat immortalitatis occasio, vita mortalis consumptio: & in morte Virginis rogos dicitur unde exivit, uterus matris; quippe non aliter ac phœnix contruxit nidum, ubi ceteris mortalium præparabatur sepulchrum. Appellabimus mortem ne? Vel in nidulo moritur, vel in vita collocatur. Mortens haud moritur. Amore moriens, morietur: Cor in alijs vivit, dum generatur, in phœnice dum moritur.

Non huc exanguis morbi, non ægra senectus, Nec mors crudelis, nec metus ullus adest. Modulatur Caspar Barthius in Animadversionem, ad Claudian. Epigram. de Phœnice.

Virginis  
tumulus.  
nidus.

Sanct.

Lactant.

Argumen-  
tum mor-  
tis est fo-  
mes vita-  
litas.

Tob. 1.  
21.

Greg.  
Magn.

In Vir-  
ginis sepul-  
chro phœnicis  
excogita-  
tam mira-  
culum.

Casp.  
Bart.

DIDASCALIA XVII.

Immortalitas est flos resurre-  
ctionis.

Amb.

Ioan. 20.  
13.

Aleceste  
resurrectio.

Festivitas.

Quid na-  
mie apud  
Antiquos.

Mors glo-  
riosa non  
ploranda.

Gen. 2-17

Christo  
surgente è  
tumulo re-  
surrexit hu-  
mana ca-  
ro.

1. A Struit Ambrosius de Fide Resurrexi. Seminatur corpus animale: resurget corpus spiritale, eiusdem naturæ; & alterius gloriæ: siquidem in sepulchro mortalitate deposita, refumentia vires corpora humana, erumpent mirabiliter in flores. *Mulier quid plorasti* dicunt Angeli Magdalenæ. Flere prohibetur, cui resurrectio debebatur. Cadavera sunt femina immortalitatis immortalitas flos resurrectionis: & prohibetur, flere in sepulchro iacentem, qui floridè induet immortale decorem. Vita Aleceste sufficitur pro vita Admeti, quem nimio prosequatur amore. Vide Euripid. in Aleceste. Iuvenal. Satyr. 6. & Ravissim Textotem. *Officin.* lib. 5. cap. 3. Unde ei monus reviviscendi à Dijs concessum, ut remuneraretur tantæ charitatis officium. Rex vindicatus à Paris, in signum etiam iuste gratitudinis; perpetuas defundæ instituit nannas, quæ celebrabatur uxoris charitas. Diximus Didasc. 13. num. 7.

De Nanijs plura Profani. Ovid. Fastor. lib. 6. Horat. lib. 1. Epist. 1. Plaut Bacchid. Act. 4. Scen. 8. Quintil. lib. 8. cap. 2. Cicero. lib. de Legib. & etiam Sacri ad illud Ierem. 9. 17. *Vocate lamentatrices, & veniant.* Aliqui arbitrantur Nanijs epicedium, seu fnebre canticum. Alij ferale, verum incundum. Alij non planctum, sed risum. Videtis, si placet, Levinum Torrentium in *Od. 1. lib. 2.* Horat. & Aul. Gellium lib. 20. cap. 11. In risu gaudium signatur, ac in planctu tragedia exponitur: contraria apparent, & perquam aptè prudentiæ respondent: igitur mors, cui debebatur resurrectio propter fidem charitatis; non mestitudinis, sed argumentum patet exultationis.

2. Mors per peccatum inteoit in mundum: ideo sententiam experit Adamus. *Morte morieris*: dicitur. Morieris, & morte, si caro iacet: morieris, sed non morte, dum resurrexit: etenim superavit sepulchrum, per Christum Dominum, qui primitiæ dormientium; & cuius resumpta vita vivificabuntur mortalia corpora nostra. Moriebaris morte, siquidem in pulvere per mortem converterebaris. Modò morieris homo, atqueam forebit caro: igitur si immortalitas flos rutillat resurrectionis, &

resurrectio est causa immortalitatis; dum Christus è tumulo surrexit, morte calcata, flores apparuerunt proculdubio in terra nostra.

Cogitabam aliquando. Cor cum Christus redivivo corpore sese ad vitam revocavit immortalitatem, vocamus immortalitatis florem, floralia tempora, & florem Pascha? An quia tempore verno floruit in tumulo? Blanditur tempus; igitur, uti infra videbimus, vel sepulchrum est hortus. Corpus, quod iacebat in monumento, surgit in gloriam: flores vernant: & dicitur Pascha floridum; ubi Christus reliquit vanidum tumulum: quippe sicut flos surgit è terra, induens incognitam, & abditam pulchritudinem, sic Christus in sepulchri paradiso, novus Adam induit immortalitatem.

3. Signum in hanc causam expressius invenit Cornelius Alapid. in cap. 17. Num. v. 8. Quale namque? Phœnicem; Palmam, Solem, Bombycem; Liliam; Serpentem? Neutiquam: Aaronis mirabilem virgam; Christum in Pascha instar amygdali floruit. Ita ille ex Gregorio Magn. lib. 14. Moral. cap. 29. Unde Bernardus Homil. 2. super Missus est: *Christus (in hinc) est virga potentiam; flos per fragrantiam; fructus per saporis dulcedinem; frondes per sedulam protectionem.* Virga illa Aaronica fit subito ex arida fasciculus florum: ac in Resurrectione Christi proponitur symbolum; quia eius floret immortalitate caro, qui faucius iacebat in tumulo. Floruit arida; rutilans pulchra, atque erupit in frondium viriditatem, quæ vitæ ullius non habebat radicem. Vernat novis floribus; & turgentibus gemmis, singulari cultu, & mirabili ornatu reticulum pulchritudinem; ac Resurrectionis Christi exprimitur vigilanter speculum: igitur si illa quantumvis arida egreditur impetè in florem; Christi corpus nactum est iacens, immortalitatem. Quid mirum, si floralia plaudantur huiusmodi tempora, quæ veræ, & vere sunt Pascha? Etenim Christus de morte ad vitam transivit, & corpus eius instar amygdali floruit. Triplex miraculum patuit luminibus in virga circumdata floribus: scilicet in germine; in flore, & fructu. *Invenit* (ait facer textus) *germinasse virgam Aaron: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* Primum miraculum, quia arida germinavit. Secundum, quia germinans subito floruit. Tertium denique, quia eodem tempore, quo floruit, fructificavit. Demonstratur & aptè in huiusmodi mirabili virga Christi resurgentijs gloria, igitur

Cur dicitur pascha  
florum?

Virga Aaronica sym-  
bolum re-  
surrectionis.  
Alap.  
Greg.  
Bern.

Arida floruit.

Num. 17.  
8.  
Triplex  
miraculum  
in virga  
Aaronis.

in monumento germinavit sicut lilium: caro eius floruit, in qua speculabatur immortalitatis fructus; quandoquidem humilitatis reformavit corpus.

Galat. 4 Eiusmodi virga iuxta Galatinum lib. 6. cap. ultim. præfata fuit ex germine arboris scientie boni, & mali, quod Seth accepit à Cherubim, requirens medicinam Adamo moribundo. Ibi audivit, genus humanum adepturum felicitatem, illic ut flo- reret germen. Vide latè Pined. de Rebus Salomon lib. 5. sect. 9. num. 51. & Alap. in Exod. 15. 25. Floruit hoc germen, ubi caro Christi floruit: & genus humanum, cuius in pulvere computruerat caro, illo flo- rente, consurrexit cum Christo.

Tertio sic- ta, uniu- parent.

Ovid.

Miraculū infigne cor- pus immor- tale.

Psal. 27. 7. Caro caro Christi in resurrectione, non so- ruit, sed resurrexit. Mat. 11. 1.

Virga Iesse Despara. Tertio & alij.

Virga illa exluca germinavit miracu- lose. Sine virtute eligitur, & non infixa ter- ræ, improviso flore ornatur. Tellus est qua, & qua uti genitrix fovet plantas. Unde à Poëtis præfata, & Gravidia dicitur: ita Ovid. lib. 4. Fastor.

Omnipare Matris. Virga qua sterilis, haud profert flores, & à terra femora necessario sterilis: qua quidem hoc statu venustatur flore, germine, fructu; ut miraculum emineat novum in territe: igitur non esset novum, virgam erupisse in flores, si sepultas haberet in tellure radices. Apparet signum Resurrectionis Domine, & singularis plausibilis corporis gloria: igitur corpore mortuo, surgit è tumulo in- duens immortalitatem, novamque corpori pulchritudinem.

5 Resurrexit caro mea: dixit per os Da- vid, qui erat inter mortuos liber. Idest, Caro mea resurrexit: inquit N. Genebrardus hic. Sicut enim flos surgit in horto, ita corpus Christi floruit in tumulo. Notandum vero, non dici floruisse, sed resurrexisse car- nem; dum ostendit gloriosus immortalita- tis florem. Florem, ubi quasi flos genitus de radice Iesse ascendit. Gratulabunda Eccle- sia Sponsa, cò quòd flos regins, ac coelestis apparuerit in terra: Virga Iesse floruit, ait. Quare igitur dum plauditur Resurrectio, di- citur, Resurrexit caro? Nascente è claustro purissimæ matris, huius geminis pulchri, radicis (observant Tertulianus lib. de Cor- ron. Milit. cap. 15. de Carne Christi cap. 21. & Contra Marcion. lib. 3. cap. 17. Ephram Syrus Horat. de Laudib. Virgin. Damas- cœn. Orat. 1. & 2. in Nativitat. Mariae Leo Magn. Serm. 1. in Nativitat. Domin. Bernard. Serm. 2. Advent. Serm. 2. de An- nunciat. & Homil. 2. super Missus est: alij- que plures.) virga floruit. Surgente ex sepulchro, resurrexit virga: uti asserunt Gene-

brard. ubi supra, Lorin. Casiodor. & Am- brosius Serm. 57. de Dominica in Albis. Cur ergo non eadem, sed discreta sunt ver- ba, carmen eandem significantia, ut distin- ctis expressionibus significetur gloria nas- cantis, & resurgentis?

6 Iuxta Hebræos, ut inquit Hiero- nymus lib. 4. Commentar. in Isai. Caro Christi nascentis erat ad instar virgæ Iesse re- surgentis autem, non fecit ac virga Aaron. Quodnam patet virgarum discrimen, ut tantæ gloriæ ferentem vividiorè expres- sionem? Patet quidem. Virga Iesse flo-ruit: floruit etiam virga Aaron. Utraque, ut præfaret singulare miraculum, insertata apparuit pulchritudine florum. Ceteram radix virgæ Maria, quæ florem puerperæ germinabat, vitam habebat. Virga Aaron, quæ protulit florem, nullam prorsus habebat vitalitatem. Iesse virga constabat radice, unde vita communicata flori. Aaronis verò vivificatur in floribus signo vita- litatis, sine ulla vita radicis: & caro Chris- ti in Resurrectione non confertur virgæ venustæ Iesse, sed spectabili Aaron; quia sibi ascevit immortalitatem gloriæ, ex ipsa steri- li ariditate sepulchri.

Plus nitet prodigium in exhibitione mi- rabili, quam in umbra mirabili my- riorum. Mutuò claustrum intemeratæ Vir- ginis, & locus astruuntur sacri cadaveris: igitur illud (nascente) florem mortalem protulit, & iste (resurgente) mortalem ostendit: at plus plauditur cum gloriosus surgit è tumulo, quam cum in mundo apparere factus homo. Et quidem merito. Flos est vita, virga corpus. Vitam habebat corpus in Virginis claustro: cadaver iacebat in mo- numento. In Virgine gaudebat virga radice; in sepulchro, corporis virga vacua erat vitalitate: & plus novitatis est, quòd vitalitate carens virga arida corporis, floreat in vi- tam vitam immortalitatis.

7 Modò claret proprietates vocum in virga Aaron, & Iesse. Floruit illa, resurrexit illa. Floreret: est habere vitam: resurrexerit, est recuperare perditam: & dum corpus Christi in immortalitate de sepulchro vi- guit, caro eius non floruit, sed resurrexit, quia cum amississet speciositatem virgæ corporis, ornata fuit dotibus, floribus mirabilis pul- chritudinis. Florescere congruit virgæ Iesse: iterum erumpere in flores virgæ Aaron. Floruit Christus, dum apparuit humanitas. Resurrexit, dum suscitavit divinitas. Germinavit virga, egrediens in mundum; quasi su- per terram pululans. Resurrexit, desertens va- cuum sepulchrum; truncum corporis iterum

Geneb.

Hierod.

Caro Chris- ti induitur immortalitatis ho- re. In ip- sa sterili ariditate sepulchri.

Floruit in Virginis claustra, resurrexit in monumento.

Ipsa matra ra videtur in throno, que iacebat in sepulchro.

ornans. Floruit, vivens in mortem: reso- ruit, vincens mortem per crucem: & cum floruit caro in die natiuitatis, resurrexit hodie feliciter caro corporis: igitur eadem natura videtur in throno, quæ iacuerat in sepulchro.

8 Denique germinavit, floruit, & fra- stravit virga Aaron, in signum rebellium filiorum Israel: ne moriantur. Alapid. hic: Ut postea certam faceret fidem, ne crepe- ra fides haberetur miraculi, si propter sum- mum sacerdotium iterum orientur querelæ. Dum de summa dignitate sit contentio, vir- gæ Aaronis rutilat pulchritudo: igitur afu- mendi in culmen, duntaxat eligi debent, qui literis, & virtutibus florent. Ni dicas, coræ cæli incumbere, dignos inter exsuccos me- ritis designare; cum electio miraculo egeat, ut virga sicca depemerit floreat. Patet in hu- iusmodi electione miraculum, per se ab hostibus inconsulto prætermisum: quan- doquidem (plurimis fraudatis à desiderio suo) sit spectabilis electio, non illius, quem ambitus cum contentione proponit; sed qui Deus floribus virtutum iucundissimè pla- cet.

Numer. 17. 10. Alap. Eligi de- bent, qui meritis flo- rent.

Virgam digni flo- rere, mi- raculum fingiare.

Resurre- xit Chris- ti gloria generis hu- mani.

Rom. 8. 11.

Via nova vite vita de morte.

Sepulchrū Christi glo- riosum.

lustranda nova luce, ut emineat in flore, quod micuit in germine. Resurrexit caro mea, inquit per illum Christus, Assessor N. idest, Resurrexit: ut vidimus ex Gil. Cenebrardo. Per florem indicatur resurrectio: at albona videtur illius similitudo; cum in resurre- ctione præsert oculis immortalitas; ac in floribus humana denotetur fragilitas. In- congrua planè videtur collatio perpetua- tis gloriæ, qua gaudet in resurrectione ca- ro; cum pulchritudine florum, qua à levi marcescit, languet, rapitur vento. Flo- re, proprium est arborum, quarum vita la- tet in hyeme, & absconditur frigore; do- nec vere fota, vite novæ exhibent eum in specimine viridantium florum. Cur er- go cadaver arboribus aptè cometur, si iac- et examine in sterili sepulchro? Sepulchrum arborum terra est: sicut sepulchra veris tem- pore in folia, rutilosque flores tingit ape- riantur; sic membra corporis in gada im- mortalitatis calore soventur. Surgit gloria illarum ex venustate florum: flores verò ex terræ sepulchro, in qua latebat pulchritu- dinis formatio: & Christi corpus dicitur re- surgendo accepisse carnis florem; quoniam ex sepulchro hausit gloriosè immortalita- tem. Floret corpus gloriæ carnis, ut palam fieret, quòd immortalitas esset hos resurre- ctionis.

11 Manifestatio facta Magdalene prædicat resurgentem sine discrimine pul- cherrimum florem. Anxia igitur quærebat Christum in tumulo, agitata amore, vel in votis irrequieto. Pupugerunt viscera dili- gentis iterum curæ, sepulchro vacuo. Iam ovans, qui credebatur mortuus, splendoribus descriperat triumphos, & gloriosis stemmatibus (quia etiam gloriola lignata) dispalescebat victoria. Erat monumentum concha sine pretiosissima margarita; ac epi- stola arcana, scripta literis vulnerum, queis legebantur ab amante pectore sculpta signa dolorum. Dolor cordis maximus heberat corporis sensus: & Magdalena etiam, atque etiam sepulchri respiciebat epistolam; an incuria reliquisset transitu solatij aliquantu- lum sententiam. Non invenit: & iterum leg- it, quia amanti semel legisse, non sufficit. Circuivit hortum, & dolor pectus amore sanctium, discretiatis præcordijs, privati- one requisitè spinteris. Quid ergo? Sint la- chrymæ doloris, & dilectionis testes. Appo- situs diceret, quam Ariadne, de qua Ovid. in Heroid. Epist. 10. Inque oculis creptus eras: tum denique Ovid. fleui. Torpuerant molles ante dolore gena.

Psal. 27. 7. Geneb.

Aborah: ut- nri hiero- glyphica.

Astor: in- licitū.

Floris amoris & doloris gnamori.

Ovid.

Quid

Quid potius facerent, quam me mea lumina serent.

Puquam desideram vela videre tua?

Flevit tristis Magdalene, & Dominus occurrit; quia magnas amoris, & cynofura lachrymarum. Studium inveniendi Deum, est sane plorare amicum: igitur invenit, quem non invenerat, cum Magdalena plorat. Divinus namque amor, cuius delicta cum filiis hominum, dolentes non praterit; sed apparet eis, qui fidem habent in illum. Affuit igitur Magdalene ploranti, sed hortulani specie; cui illa: Si tu sustulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eum, & ego eum tollam. Quae verba afflicta protulit, Existimans (inquit Evangelista) quia hortulanus esset. Nota. Cadaver efflagitat ab hortulano, ubi corpus non invenit in sepulchro: Invertuntur profecto preces: ab hortulano depotuntur flores; siquidem his ornatur speciosum vitetum, & rutilans voluptatem viridarium. Cur namque vice florum, Christi cadaver expositit? Verba utique patent diversa, sed idem significantia: unde pro Christi corpore, ut exprimeret immortalitatem, dicit tunc florem: quippequam resurgens gloriosus de monumento, in illo florebit caro.

12. Iam vero palam sit electio sepulchri Salvatoris. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam postus erat. Hac Ioannes. In horto collocatur corpus Christi? Iure. Hortus est quasi incunabula florum, quorum venustate prestat viretum, & ubi sepulcis radicibus rutilat pulchritudo, semine mortuo: meditanterque in horto devotio sepulchrum aptat; quia corpus Christi sepelitur, ut floreat: Ubi flos habet aptum locum, nisi nanciscatur viridarium? Christusque pro monumento habet hortum, vel in horto monumentum; quoniam florida caro erat resurrectura de sepulchro. In horto, Quocumque agitur cum floribus, ut surgant de terra, luminum phyltrum; erga cadaver sit oculis futurum oblectamentum; & cum non aliter ac floris, miranda est pulchritudo cadaveris; hortum legunt sepulchrum in diem festivum Resurrectionis: igitur ibi immortalem amplexuram erat corpus decorem; ubi flores diversorum flabello colorum explicant vere rutilam venustatem.

Monumentum in horto erat Ibi ergo posuerunt Iesum: subdit Evangelista. Ergo particula rationalis est, quasi diceret: Si erat hortus, ergo ibi posuerunt Iesum. Unde deducitur huiusmodi sequela? Ex cadaveris divini natura. Sicut liliun germinabit: caro eius immortalitate florebit. Si uti flos Christus Dominus resurrexerit; necesse est hortus. Hortus erat? Ergo ibi posuerunt. Ubi itaque, nisi in monumento viridarum florentis, collocati quibat flos corporis Salvatoris?

Penderis Monumentum novum. Quae novitas claret in hocce monumento? Proclive cogitatur. Construuntur ab hominibus monumenta, ut asserventur in pulvere revertenda, vel reducta cadavera: & Christi dicitur monumentum novum: quia quod alijs monumentum, illi resurrectio pulcherrimum viridarum: siquidem nitum, & novum hominibus patuit, quod cadaver sepulchro, ut flos resurgeret.

13. Exprimunt vigilanter acumen verba Matthaei Posuisti. (scilicet, Ioseph) illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Quomodo suum vocatur monumentum, si ibi posuerunt Iesum? Si suum monumentum, iam non novum. An quia posteriora sunt argumenta possessionis, ubi bona expanduntur in obsequium charitatis? An quia suum antequam moreretur dicebat; ut sepulchrum viveret, antequam sepeliretur? Quiescit Christus in sepulchro hominis placide; cum ille vivit tanquam mortuus a corde. Contepelitur porro cum Christo in mortem, ut moriens in Christo, habeat immortalitatem. Vivit moriendo. Sane: sed in novitate vita.

Novum quidem, & suum dicitur Iosephi sepulchrum, ubi Christi conditur cadaver sacrum. suum designandum Iosepho: Novum autem congruit Christo; quando quidem nova prorsus scena, ut e monumento consurgeret gloria, & fulgeret species pulchritudinis, ubi vestigia videbantur mortis. Quavis in sepulchro Iosephi quiescit Christi cadaver & monumentum, non dicitur Christi, sed sepelientis Iosephi: igitur Christo resurrecturo rutilabat viretum, quod Iosepho sepelientis futuram erat sepulchrum.

14. Placet ne quasi blandimen Principi vox mortalium; igitur non alijs verbis intelligentia utitur Angelorum. Cum transisset fabbarum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum, & renasceretur phoenix pulcher, quod iacebat in monumento cadaver. Venerunt ad monumentum orto iam sole (quippe in illo duntaxat remanserant mortalitatis exuvia) & introeuntes viderunt Angelum, qui & dixit illis: Iesum quaeritis Nazarenum crucifixum surrexit, non est hic: ecce locus, ubi posuerunt

Magnae dictionis acume lachrymae.

Ioan. 20. 13.

Quia caro Christi in sepulchro sepelitur, cadaver ab hortulano Maria Magdalene exposcit.

Ioan. 19. 41.

In horto sepelitur ut caro, so reat.

Eligitur pro sepultura monumentum horti, quia a pignus resurgendi.

Ibid. v. 42.

Si uti flos resurrexerit, necesse est hortus.

Quod alijs monumentum Christi mortuo viridarum.

Matth. 27 60.

Usura charitatis.

Mors ante mortem pretiosa.

Cur sepulchri Christi dicitur sepelientis Iosephi?

Marc. 16 6.

eam. Iesum quaerere certum est: & lampades charitatis flagrant; igitur mortuum quaerebant. Miraculum utique, quod vivat dilectio, dilecto sepulto; cum sepulchrum, propter suffocationem charitatis, dicitur quamquam terra oblivionis. Signum est, quaerere Christum, dum obito praestant obsequium. Quaesierunt: ceterum non Iesum Nazarenum ut Nazarenum; sed ut crucifixum. Si Angelus letabundus nuncius sit mulieribus Dominicae Resurrectionis, enunciet desiderantibus primordia immortalitatis: cur ego dicit crucifixum Nazarenum, cum denunciare deberet immortalem, impassibilem, gloriosum? Nazarenus idem sonat, ac Floridus. De quo Sixtus Senensis lib. 2. Bibliotheca in Pontio Pilato. Sanctes Pagninus in Interpretatione Hebraica. Dictionum, Cornelius Iansen. in Concord. Evangelic. cap. 2. Lyranus, Alapidi. Caietan. in cap. 2. Matth. v. 23. & pra omnibus Blasius Viegas in Apocal. 12. Comment. 3. sect. 12. & 23. Haud proprii verbo poterat Angelus exprimere Resurrectionem, & corporis crucifixi gloriosum decorem, & immortalitatem. Sicut flos egressurus de sepulchro, etenim nova gloria fulgida caro: & ut aptius exprimeret corpus doctus gloriosum, mulieribus dixit floridum, seu Nazarenum.

15. Cuncta perstruemur. Si florem illum languidum ( & modo pulcherrimum) si quaeritis Iesum; Ecce locus, iussit Angelus, Ubi posuerunt eum. Iam igitur agnoverant, ubi posuerunt; siquidem ut ungerent aromaticis, monumento appropinquarunt. Ad quid enim designatur feminis locus notus, ubi Christus Dominus erat sepultus? Proferat Angelus: Ecce locus, ubi renovata vita, quod nesciunt; non vero, Ecce sepulchrum, quod sciunt. Sciunt, & nesciunt. Sciunt ibi positum corpus, at nesciunt, cur positum ibi. Sciunt, ubi positum cadaver, vocari monumentum, & non fasciculum florum. Iam enim virga illa corporis sacri floruerat gloria, gaudibunda humana, & Angelica natura. Notitiam tanti momenti caelestis communicat nuncius; & mulieribus fatigantibus de corpore dixit indultrix, Ecce locus: igitur si inquirunt sepulchrum, sane nesciunt; cum iam non sit sepulchrum, sed viridarium. Ecce locus. Non aruit sepulta virga, etenim floruit spectabili gloria. Hortus floribus, monumentum designatur cadaveribus. Caro floruit, corpus immortale surrexit: si non creditur nuncius, Ecce locus: quod quaeritis monumentum, veneramini pancarcolum.

16. Virga Aarons geminans floruit, Tom. I. Taut.

17. His igitur praemissis, haud apparet, cur Christus vocetur Primogenitus mortuorum, & Primogenitus mortuorum: verumenim alijs prius surrexerunt: patet enim 3. Reg. 17. 22. 4. Reg. 4. 35. & 13. 21. Eccli. 48. 14. 15. Matth. 27. 51. Marc. 5. 42. Luc. 7. 15. & Ioann. 11. 44. Arbores rationales sunt homines: aruerunt morte, sed resurrectione germinarunt. Cur namque Christum, inquit Paulus, & Ioannes amygdala ad instar primum floruisse, vitam immortalitate reparasse; dum plures prius, vita reditiva florere, adepta vitalitate? Diferimen ingens igitur carni florenti. Alij mortuo

Speciosa ebaritas in mortuo.

Nazarenus floridus.

Sixt. Senec.

Surgens Christus dicitur Nazarenus.

Angelus feminis inquitentibus sepulchrum demonstret virgatum.

& etiam fructificavit: igitur prolatis folijs, turgentibus gemmis, gemmae in calyces, calyces in flores, hique denique in Amygdalas deformati sunt. Unde perspicue coligitur Virgam Aaronicam fuisse amygdalinam. Adspiciatur huic sententia textus Hebraeus: verit ita: Ecce virga protulit gemmas, & floruit, & reddidit amygdalas. Ex amygdalo virga, quae in Sancto Sanctorum floruit: & quia ex amygdala perquam commode Resurrectionem exprimit. Amygdala ex arboribus prima floret, ut obervat Plin. lib. 16. cap. 25. & Christi resurgens amygdala florens portenditur vivide signum; quippequam Christus floruit primitiva dormientium.

Primogenitus mortuorum plauditur a Ioanne, Dominus Nollet, Iesus Christus. Idei, quod primus surrexit a mortuis, sicut etiam Doctor Gentium statuit 1. Cor. 15. 20. de quo Nos ex professo Tom. 7. Tautol. 2. Genitulus dicitur & primus, quia resurrectio est veluti quadam regeneratio. Astruit Christus Matth. 19. 28. In regeneratione (quasi diceret, In resurrectione universali) cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae. Et Paulus etiam generationem vocat: dicit enim Actor. 13. 32. & 33. Ad patres nostros reprobis facta est; quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris resuscitans Iesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Pro quo illustri quidem micat Ambrosij auctoritas pulchra, lepida, laeta. Ubique besto corpori defertur sanctitas, ubique virginitas: purus illud venter concipit, novus tumulus includit: quin potius ipsam sepulchram vulvam dixerim; est enim similitudo non parva. Sicut enim Dominus de matris vulva vivus exivit, sic de sepultura vivus surrexit, nisi quod gloriosior ista est, quam illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, haec edidit immortale. Hac Ambrosius Serm. 48. Quomodo sepulchrum vulva, dixi Didasc. praedict. a nam. 19.

17. His igitur praemissis, haud apparet, cur Christus vocetur Primogenitus mortuorum, & Primogenitus mortuorum: verumenim alijs prius surrexerunt: patet enim 3. Reg. 17. 22. 4. Reg. 4. 35. & 13. 21. Eccli. 48. 14. 15. Matth. 27. 51. Marc. 5. 42. Luc. 7. 15. & Ioann. 11. 44. Arbores rationales sunt homines: aruerunt morte, sed resurrectione germinarunt. Cur namque Christum, inquit Paulus, & Ioannes amygdala ad instar primum floruisse, vitam immortalitate reparasse; dum plures prius, vita reditiva florere, adepta vitalitate? Diferimen ingens igitur carni florenti. Alij mortuo

Virga Aaronica amygdalina. Numer. 17. 8. Hebr.

Amygdala prima floret. Plin.

Apoc. 1. 5.

Resurrectio vocatur regeneratio.

Imo generatio.

Sepulchrum vulva.

Ambrosius.

1. Cor. 15. 20.

Kkk accq.



Christi  
plauditur  
Primitia  
dermitti-  
tium, quia  
alii sur-  
rexerunt  
rituri.

acceperunt vitalem halitum, quippe morti amittentes reddiderunt: igitur florem vite, quem clarigius fuit miscisse cadaveri verum tempus, devolutis diebus repetijt autumnum, folijs vitalitatis deciduis decessis, & decreto condit ionis. Renati sunt, ut morentur. Christus Sol cognovit occasum, verum mortuus est in ortum: & plauditur iure Primogenitus mortuorum, Primitia quoque dormientium; quippe e tumulo surrexit inmortali decore, & alij surrexere morturi.

Rom. 6.  
9.

18 Audi Gentium Preceptorem. Christus (ait) resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Iam enim pessundata est mortis iurisdictione, Domini carne resorbente in monumento. Cui igitur mors post decidium dominatur, ut Christus adeptus, corpore redivivo, vocetur? Statutum est hominibus semel mori, & Christus mortuus est semel. An quia mors mortis, reversio in materiam pulveris, & morte moritur, qui continuo haud excitatur? Aliter intendit Apostolus, ut clareat cum excellentia Resurrectionis articulus. Prius resorbuerant per miraculum aliqui, verum enim postea in sepulchro fuerunt conditi. Christus in sepulchro induit immortalitatem decorem, & pulchritudinem: unde Paulus, ut ostenderet Resurrectionis eius singularitatem: Resurgens (ait) ex mortuis, iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur: alias non esset novitas, si ut ceteri, in sepulchro floretet, ut morentur. Aliquod ostendendum corporis privilegium, ubi palam fiebat eiusmodi singulare miraculum: & non aliud ut prominere resurgens excellentia, quam quod in mortuo corpore iterum inesset vita, & non amitteret ultra.

Cur Christi  
sibi resur-  
rectio di-  
citur singu-  
laris

Virgo flo-  
rens Aaro-  
nica ad-  
huc in po-  
sterum ter-  
misi.

1. Cor.  
15. 47.

19 Aliqui DD. inquirunt: Utrum frondes, flores, & fructus Virgæ Aëronice deinceps perfluerit? Cornel. Alapid. & Abulen. hic asserunt: Virgam hanc nunquam fuisse desecatam: sed semper mansisse cum floribus, vel potius fructibus. Semel enim ac floruit, nunquam, & nusquam aruit: & quasi signum vigilantium Christi resurgens exhibetur; quia mors illi ultra non dominabitur. Non esset singularis, mortem procreantis vita, si posset esse marcescibilis gloria. Paulus confert primum cum secundo Adamo, & fragiliu quam conditionem vivificante in tumulo; effertque posteriorem nobilissimam huiusmodi laude, devicta per crucem morte: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo celestis. Fuit primus de terra, & terrenus, quia in sepul-

chro patuit terra: & secundi celestis progenio formatio; quia sicut celum egressus est de sepulchro. At dices, de Virgine, & in Virgine Christi corpus compactum: quare cum decoratur, dicitur celum? An quia ex Virgine, quæ quidem Cælum animatum? dixit Idiota, de Laudib. Virgini. Hæc est cælum novam, & apprime elaboratam; quoniam in virgine terra habitavit eceli gloria. Sed hoc aliàs. Terrenus dicitur, quia de terra in terram it: celestis; est terrenus, cui non praevaleret pallida mors: & Primus homo dicitur de Terra terrenus, quia vidit pulverem; & Secundus celestis, quia non vidit, vel sepultus corruptionem. Cælum nequam alteratur, quippe exotica accidentia inibi nequam intromituntur: & corpus Christi plauditur celeste, & de celo, cum surgit de sepulchro, induens immarcescibilem gloriam; quoniam, sicut cælum, ultra non admittit impressionem peregrinam. Proposito sibi gaudio, subleuit crucem: nactusque est Christus ita corporis celestem speciositatem; ut semel transactis mortis cruciatibus, semper manserit cum floribus.

Corpus  
Christi  
gloriosum  
quomodo  
cælum

Maria  
est un ani-  
matum,  
idiot.

Gloria  
corporis  
Christi post  
resurrectio-  
nem in-  
mutabilis.

Et gloria  
vestra,  
Gregor.  
Magn.

Matthæ  
27. 52.

Quinam  
sancti est  
Christi  
surrexerunt

cas

Fabula de  
Platone.

Pascha so-  
ram.

Lactant.  
Firm.

Idem.

Lactant.

Ambr.

cas in Matth. 27. ex Epiphanio in Anacora. Conspice Lorinum in cap. 2. 29. Ath. Apost. sed tude Hermetem apud Clementem Alexandrinum lib. 6. Stromatum, & Nicetani Græcum Gregorij Nazianzen peraphrasen Orat. 2. Gregorij in Pasch. Iomniantes, Platonem in Christum credidisse, & resurrexisset. Vide si lubet, Bellacianum de Purgatorio lib. 2. cap. 8. Alphonsi. Mendozani in Quas. quæst. 1. Exposit. 9. 4. Cornel. Alap. in Ofes 13. v. 14. & Francisc. Suarez in 3. part. D. Thom. quæst. 52. art. 8. disp. 33. sect. 3. 21 Quæstie igitur consurreximus cum Christo, vita nostra sit abscondita cum illo in Deum, ita ut vita lesu manifestetur in carne nostra mortali, dicemus vita comite Tom. 7. Tautol. 2. Raret modo, quo iure dicatur Pascha floridum, dum Christus flos convallium inane liquit sepulchram: nam ut cecinit Lactantius Carn. de Resurrection. à vers. 2. Tempora florigero rutilant distincta sereno. Albus ignivomina Solem cali orbita uacit Splendida syncero producent æthera cultu. Terra farax vario fundit mansueta cultu. Mollia purpuream pingunt violaria campum. Paulatim subeunt stellantis lamina florina. Etenim si (ut idem succinit Carn. de Phœnice v. 89. Protinus in strato corpus mutabile mudo, Vitalique toro membra quida locat: Inde reformatur, qualis fuit ante figura, Et Phœnix raspi pulsat exarsit. Mirandum sese prestat, præbetque cidenti,) Tantis ibi decor est, tantus abundat honor.

lasset. Peteram responderè, quod Epheurus ait: Sapientem si in Pulariis tauris peruratur, exolanaturum: Dulce est, & ad me nihil pertinet. Minime, quia non est contra naturam pati: ceterum cum ad virtutem perclinet: utraque via par est, & quæ procedit per letia, & quæ per tristia. Stet (subdit Stoicus ibid.) illic licet carnis fœces, sicut tor-tor, atque ignis; nec quid passurus. Nec quia? Utique. Confert, & aluit Martyrium virtus, quod cogitatione cogitavit Stoicus. 2 De iustis, quorum anime in manu Dei sunt, dicit Sapiens: Non tanget illos tormentam mortis. Græcus textus omittit, Tormentam. Quare dices, igitur causa latet, si tangit mors, & amarissima; nonne pena? Imbecillibus quidem, sed non athletis quippe non est illi tormentum tormentum mortis: & perperam vocabitur mortis acerbitas, cum sola sit illis in cruciatibus voluptas. Morte moritur, dicitur Adamo, si peccaveris. Idem, ut vidimus in Expositione Itere num. 6. 13. Mortalis enis, & dolore morieris. Unde Oyvenus lib. 1. Epigram. 27. Fert mortem dolor, aufert mors opitata dolorem.

Senec.

Virgili  
d. l. e. ost  
pali.

Idem:

Sap. 3. 2.

Non tor-  
mentum.

Genes. 2.  
17.

Oyven

Hæc mensura mortis communis: præstabit sanè mors sine doloribus mortis: igitur mortem, quam ut homines, inelyti athletæ patientur; ut martyres Christi quati non patientur.

Oyven

Itai. 16;  
17.  
Cypr.

Cruciat  
men vita  
incommodum  
non  
tormentis.

Aluit Evangelicus Vates. Dolens clamat in doloribus suis. Quilnam in doloribus non clamat? Instigge adversarius (inquit) Coprianus Epist. 1. ad Cornelium) milites Christi vincti non posse: mori posse: & hoc ipso invidios esse, qui mori non timent. Quomodo ineurtus terrebite formidinis, si mors fomes voluptatis? Perperam triste, quod dulce. Stet licet carnis; cruciamen vite incommodum, sed non tormentum. Nec quid Martyres patientur: igitur dum alij in doloribus dolentes clamant; illi dolentes voluptuose dolent.

DIDASCALIA XVIII.

Martyrius sola est in morte voluptas.

1 Nobilissimus Christi Paneratiensis adscribitur Firmianus in Carn. de Phœnice v. 167. Dignum & congruum est (dicam cum Ambros. Serm. 22.) ut post Iertianam Pascha gaudia nostra cum sanctis Martyribus conferamus: & his annuncietur Dominice Resurrectionis gloriam, qui consordes sunt Dominice passionis. Ut dum sepultura illius prædicamus reserata claustra, & horum sepulchra resercentur. At quale gaudium? Robur in morte fortissimum. Nihil interesse (ait Senec. Epist. 66.) utrum aliquis in gaudio sit, an in exule iacet, & tortorena supra Tom. 1. Taut.

3 In capite pugilum miramur exemplum. De thalamo sporsit dulcis Amasia affatur: Lectulus nosse floridus. Haud antea fisis subitit aen, vel opere Phrygio ducta, aut pida sulcitur Dilecti culectra; sed proplumis, & fœcis, floribus subleternit mollissimum cervical: ita ut potius fedales novicare perclite, contueam in incundissimum viretum, quam pulvinum, & stragulum. Tabernaculum fœce pulcherrimum! At quetulam animadvertte Sponam quartentem, apud Hermannum Hugonem in Desiderijs Anima lib. 2. Voto 10.

Cant. 13  
18.

Kkk 2

Abi.